UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 13. Comitia Ratisbonæ habita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67332

Visual Library

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. XIII.

Comitia Ratisbonæ habita.

Jam ante biennium Leopoldus I. Im-
perator Ratisbonæ comitia indix
in quibus hoc anno die decima ter
Januarii deliberari voluit, qua ratio
Turcis reſiſti, & pax domeſtica co
ſervari, necnon & difficultates ad pr
xima comitia rejectæ tolli poſſent: I
ſceptatum diu multumque de hac
propoſitionum ordine, tandem die
geſima prima ejusdem Menſis Guib
dus Comes de Thun Archiepiſcop
Salisburgenſis & Cæſareus Legat
præprimis de conquirendis pecun
rum vel militum ſubſidiis agi volu
ubi poſt crebras altercationes tand
plurium ſuffragio conclusum, Cæſ
in bellum Turcicum quinque, ut
cant, Menſium exactiones eſſe imp
tiendas. Verum tam pertinax cete
rum, & præcipue illorum, qui Rh
nano fœderi nomen dederant, erat
poſitio, ut Cæſar hoc anno nullam
Imperio opem ſperare poſſet, & copi
quas Electores ac Principes ſubmi
rant, primum Turcis jamjam in hib
na recedentibus, in Hungariam a
ventarent. Ita cunctatio, & priv
commodi Studium, ſolito ſuo viti

be

bene conſulta evertit, non ſine maximo rei Chriſtianæ damno. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. XIV.

Turcarum invaſio in Hungariam.

Interim inſuperhabita pacis negotiatione Mechmet Vizirius Tartaris junctus ſedata Ægyptii Baſſæ rebellione cum centum ſuorum millibus Hungariam invaſit, ac profligatis prope Baracanum Adami Comitis Forgatſii copiis die decima octava Auguſti Neoſolium undique cinxit, & tumultuantibus præſidiariis die vigeſima ſexta Septembris poſt ſex hebdomadarum obſidionem munitiſſimam hanc urbem deditione cepit: hujus jacturæ culpa ab æmulis rejecta eſt in Forgatſium, qui cuſtodiæ datus vindicata innocentia paulopoſt liber dimiſſus eſt: Vezirius vero capta hac urbe promotisque caſtris Nitriam ignave defenſam, & Leventium necnon Novigradum decimo nono obſidionis die quinto Novembris præter alias circumvicinas urbes expugnavit; indeque latius ſeſe extendens, prope Freyſtadium trajecto flumine Cæſareos, quorum Ductor erat Comes Montecuculus, aggreſſus eſt, ingentem tamen cladem pertulit: cum autem idem Comes veritus, ne ſuis *Priorat. Hiſt. di Leop. p. 2. lib 3. Orthel. Chron. Hung. Tuld. Hiſt. Hung. l. 1.*